Dazu kommt eine Reihe krassester chronologischer Widersprüche. Bodardus soll in Poitiers gelebt haben zur Zeit, als Lotharius regierte und das Reich der Aquitanier (wozu Poitiers gehörte) inne hatte *(cum Lotharius regnaret, equitaniorum teneret regnum)*, ohne daß zu erkennen wäre, welcher der vier Träger des Namens Chlothachar aus dem Geschlechte der Merowinger darunter zu verstehen ist. Dabei soll Bodard auch Zeitgenosse des hl. Hilarius, Bischof von Poitiers, gestorben 366, und dessen Schüler gewesen sein und mit ihm zusammen die angegebene Totenerweckung gewirkt und den vom Tode Erweckten getauft haben. Bodard

[13]) Dankenswerte Mitt. des Hpt. St. Arch. und des Geh. St. Arch. in München vom 9. und 13. August und vom 16. September 1927.

[14]) Mrh. UB. 1, hrsg. von Beyer. Koblenz 1860 S. 221.

[15]) Eine Abschrift der Vita aus dem 15. Jahrhundert im Passionale des Augustinerchorherrenstiftes St. Monulfi in Böddeken (Westf.) (vergl. P. Moret in Anal. Boll. 27, 1908 S. 263) ist seit der Aufhebung des Stiftes zur Zeit der Säcularisation verschollen.

ciuitatē · occurret uobis homo amphoram aquae
portans · Sequimini eum indomū inqūa intrat · &di
cetis patrifamilias domus · Dicit tibi magister · Ubi
est diuersorium · ubi pascha cum discipulis meis
manducem · Et ipse uobis ostendit caenaculum
magnum stratum · &ibi parate · Euntes aūt · in
uenerunt sicut dixit illis · & parauerunt pascha ·
Et cum facta esset hora discubuit · & duodecim
apostoli cum eo · Et ait illis · Desiderio desidera
ui hoc pascha manducare uobiscū · ante qūa paci
ar · Dico enim uobis · quia exhoc non manducabo illud · donec impleatur inregno dī · Et
accepto calice · gratias egit & dixit · Accipi
te · & diuidite inter uos · Dico enim uobis ·
quod nonbibam degeneratione uitis · donec regnum dī ueniat · Et accepto pane ·
gratias egit & fregit · et dedit eis dicens · hoc

Nürnbg. Germ. Nat.mus., Hs.29770, f.87r

ORIGINALGROSSE
GERMANISCHES NATIONALMUSEUM
NÜRNBERG
Hb 29770 Bl. 871.
WIEDERGABE NUR MIT GENEHMIGUNG DER DIREKTION
UND UNTER ANGABE DER HERKUNFT GESTATTET.

Nürnbg. GNM
Kupferstichkab.
536 2.D.290

uenient potest primo genit dici
quia prius quā creaturā faciendo
gigner & aliquā. coeternū sibi
patē genuit filiū. Prius quā ut
ro ueritatis adoptionis filios sibi
redimendo genuit aliquos: coe
ternū sibi pater & nū genuit
uerbū. Vnde ipsū uerbū ipse
filius dei. uidelicet uirtus & sa
pientia loquitur. Ego exore al
tissimi p. diui primo genita an
te omnē creaturā. Deus dedeo
nat erat & mea qua creatis ē
humanitate omnē merito crea
turā pre ibat. Et uobis inquid
[illegible] Ihs ebraice latine
[illegible]

clarifica
exurgi
nence.
lū suū
apeccatis
mentis &
contu
uocabu
digni
regest
tione
significa
& pontifex
unctus ē ol
suus. Aqu
ipse ipse

[illegible] saluator dicat. cui
uocationē nominis. ppheas luquē
ee certissimā. Unde s illa magno
ulsionis ei desiderio cantata. Am
ma aut mea exultabit. indno &
delectabit in salutare ei. & ite.
defecit in salutare tuū anima mea
& alibi. Ego aut indno gloriabor.
gaudebo indno ihu meo & maxi
me illud. ds in nomine tuo saluū
me fac. Acsi dicer. Ds tu gtam
s saluator uocaris. in me saluando

gia spualis p
ani uocati. qui p
est. nos saluare a peccatis.
pontifex est. nos reconciliare deo
patri. Id quod recest regnum not
patris sui dare dignet in eternū.
Innocte. Seq Sci etc. Sci ioh.



IN PRINCIPIO ERAT VERBV ET VER
BVM ERAT APVD DM ET DEVS ERAT
VERBV. & reliq. Dnice natalitia
tis die. qua tempore uirg. natus ē.
annua reuolutione cōcelebr.

Nürnbg. GNM
Kapsenkabinett.
Kap. 536,
S.D. 290

adcontemplan
conuertere
dictis
modus
adcsub
oportet
esidera
breuit
crandū
ctus di
ponat
agtium scri
leo iure ponit
euangelia scrip
orbē diuul
mundi

ingeniis. Ipse
ascensionē dñi. pscribi
me annos. euagtium suū
ullo adminiculo scribendi. asię pa
tib. pdicauit. Sedpost quā adomitia
no impiissimo cęsare accrudelissi
mo tyranno. ppē insuperabilē euagti
zandi ostantiā inpathmos insula
exilio eēt relegat. ibiq; cruper gretici
inecclesiā martion cherunthus. &ce
rion. &alii filii diaboli. quos ipse in
epla sua anti xpos appellat. quea


diuersis dogmatib; scindere conati
sunt. dicentes xpm ante mariā nō
fuisse. Postea uero cūpmittente pa
tissimo rege nerua regressus de exi
lio epheso moraret. rogatus tradit
abomnibus episc. &prbis. utquia iā
in tribus euangelistarū libris ut di
ximꝰ. tēporalē dñi natiuitatē ple
nitē habebant expositā. eis dedui
cata ad hominū
nitate sermonē facere. futuraq; ser
tū reliquer. ut sculica post ei
recessionē demundo. haberent fide
les unde fidē suā munirent. &here
ticoq; falsa dogmata destruer
ad pmū se negauit facturū. Sed illis
adgeuit. nisi prius
omīs incōmuni dñm pcarent. Quod
cū liberrimē abomnib. factū est
die ttia expleta ieiunii. tanta dñi
gra scdm sui nominis congruā int
pretatio. nē dicit ee replet. ut sc
ad cor. splandā diuinę sub
stantię naturā uti omīs homines
reparet. &regē inca re suo cernen
de ipso purissimo fonte diuinitatis
haurire. q nobis sitientib; ppinare
Et sic protū sui euagtii textū. puer

Schmeßpirocen Nr. 35.
10. Theil.

eius ecc[lesiam] interrauit. et electo gladio se inter emit. Que primum
de eius corpore cecidit tenens. processit. ad populum. et multa
conquestus de iniquissima superbia et filiorum eius turpitudine.
egit ne in urbem reciperentur auctoritate qua plurimum poterat.
Nam ut diximus brutus tribunus equitum fuerat. Sed cum n[on]

Nürnbg. GNM, Inc. 102052/82 P.2

Nürnbg. GNM., Inc. 102052 / 82 P. 2



Germanisches
Nationalmuseum
Nürnberg Bibl. Inc. 102052
Wiedergabe nur mit Genehmigung
und unter Angabe der Herkunft

SERVII GRAMMATICI

QVI FERVNTVR

IN VERGILII CARMINA COMMENTARII

RECENSVERVNT

GEORGIVS THILO ET HERMANNVS HAGEN

VOL. II

AENEIDOS LIBRORVM VI—XII COMMENTARII

RECENSVIT

GEORGIVS THILO

INSTITUT FÜR ALTERTUMSKUNDE
270
GÖTTINGEN
1961

GEORG OLMS
VERLAGSBUCHHANDLUNG · HILDESHEIM
1961

quia ungues ipsi cum aruerint, auri imitantur colorem; aut quia solebant deaurari: Statius auro mansueverat ungues.

554. SVBITO VVLGATA cur 'subito'? ipse dicit: quasi 'per parvam urbem'.

555. OCIVS positivus antiquus est, id est 'celeriter'; nec enim potest esse comparativus ubi nulla est comparatio. *tractum ex Graeco ὠκέως.*

556. VOTA METV DVPLICANT MATRES bene 'duplicant metu', nam inest semper in matribus votum. PROPIVSQVE PERICLO IT TIMOR 'it timor propius periclo', id est ad periculum' vicinius: aut certe 'it timor propius periclo' pro 'propior'; nam matres quod timent, hoc putant liberis posse contingere. *aut certe 'aequatur periculo timor', et per dativum extulit, ut propius stabulis armenta tenerent: aut poetice dixit timorem periculo comitem.*

557. IAM APPARET adhuc illis pergentibus iam proelium cogitabatur a matribus. *ergo ut solet, imaginem τὴν φαντασίαν, ut est* ⟨II 369⟩ *et plurima mortis imago: hanc Sallustius speciem dicit: speciem captae urbis efficere.*

558. *PATER EVANDRVS cum dicit 'pater', ostendit cuius.* DEXTRAM COMPLEXVS EVNTIS filii scilicet, quia dixerat 'pater'.

559. HAERET INEXPLETVS multi hic distinguunt, ut sit 'inexpletus haesit et talia locutus est lacrimans'. alii legunt 'inexpletus lacrimis'. honestius tamen est 'inexpletum lacrimans', ut sit nomen pro adverbio, id est inexplebiliter.

560. O MIHI PRAETERITOS REFERAT SI IVPPITER ANNOS et 'o' et 'si' optantis sunt, *id est utinam:* quae nunc iunguntur; nam singula ante ponebantur, ut ⟨VI 187⟩ si nunc se nobis ille aureus

2 Statius] Theb. VI 724 ‖ 13 propius] georg. I 355 ‖ 17 Sallustius] hist. fragm. inc. 38 Dietsch., 4 Kritz.

1 auri inmittantur *L* aurum mittantur *F* ‖ 2 solebat *R* solent *F* ‖ mansueuere *R* mansuerat *F* ‖ unguis *F* ‖ 6 comparatio] aut comparatiuum pro positiuo ponitur ut senior pro senex. est autem ab graeco nomine comparatiuus *ὠκύς add. D* ‖ 8 bene modo duplicant metum *L* (metu *l*) ‖ 9 votum *om. F* ‖ 10 it timor *om. libri praeter LHM* ‖ propius *om. libri praeter ASm* ‖ uicinius *AHMl*: uicinus *SLRF* ‖ 11 proprius *LM* ‖ pro propior] pro proprior *HM* propius propior *F* ‖ 12 *ad* PROPIVSQVE P. *supr. vers.* uicinus ad periculum uel aequatur periculo timor *T* ‖ 16 *ad* IMAGO *in marg.* fantasia poetica est hoc loco . et hanc imaginem sallustius speciem dicit sicut ipse dicit speciem captae urbis *T. post* urbis *una vox evanuit.* discedentes *quod Daniel Sallustii verbis addidit in Turonensi ad* EVNTIS (*v.* 558) *supr. vers. adscriptum est* ‖ 17 dicũt *F* ‖ 21 INEXPLETVM *R* ‖ multi . . . inexplebiliter] lacrimis honestius tamen est inexpletum lacrimans multi hic distingunt ut sit inexpletus hesit et alialcutus est lacrimans ut sit nomen pro aduerbio id est inexplebiliter *F* ‖ distingunt *libri* ‖ inexpletus] inexplebiliter *R* ‖ 22 alia *R* ‖ exinpletus *H* ‖ 23 lacrimans . . . inexplebiliter *om. LH* (*add. l*) ‖ ut non sit nomen *R* ‖ 25 et *ante* o *om. R* ‖ 27 ponebantur ante *AS*

arbore ramus: ergo unum vacat, quantum ad antiquitatem. et notandum votum de praeterito fieri.

561. QVALIS ERAM aut ut sim talis, qualis tunc eram, quando ista perfeci: aut certe laudantis est 'qualis eram cum primam aciem Praeneste sub ipsa stravi'. *et bonum principium parentis, qui filium ad bella mittens cohortatur: ab aetate enim iuvenum coepit, cui facile esse debet hostem prosternere. simul et filium paternis exemplis admonuit, ut* ⟨III 343⟩ *et pater Aeneas et avunculus excitat Hector.*

PRAENESTE SVB IPSA in septimo neutro genere dixit ⟨682⟩ *quique altum Praeneste viri.*

562. SCVTORVMQVE INCENDI VICTOR ACERVOS hoc traxit de historia: Tarquinius enim Priscus victis Sabinis in honorem Vulcani eorum arma succendit: quem postea secuti sunt ceteri.

564. CVI TRES ANIMAS per transitum ostendit illam Platonis et Aristotelis contentionem, qui dubitant, utrum quattuor, an tres animae sint in homine, *φυσικὴ αἰσθητικὴ νοητικὴ*, remota *κινητικὴ*. hoc autem loco per 'tres animas' magnum et perfectum indicat virum; nam quantum ad fabulam pertinet, tres animas propter tria habuit corpora. attendendum sane, hoc sibi Euandrum vindicare quod fuit in Hercule; nam ut ille Geryonem extinxit, ita hic Erylum occidit. inde est quod paulo post dicit 'neque finitimo Mezentius umquam huic capiti insultans'. Herculis enim mos fuit, ut etiam non rogatus laborantibus subveniret. tunc enim, sicut et Varro dicit, omnes qui fecerant fortiter, Hercules vocabantur: licet eos primo XLIII. enumeraverit. hinc est quod legimus Herculem Tirynthium, Argivum, Thebanum, Libym. FERONIA MATER nympha Campaniae, quam etiam supra ⟨VII 799⟩ diximus. haec etiam libertorum dea est, in cuius templo raso capite pilleum accipiebant. cuius rei etiam Plautus in Amphitryone ⟨I 1, 305⟩ facit mentionem quod utinam ille faxit Iuppiter, ut raso capite portem

3 ut *om. ASLF* ‖ 5 sub ista *M* ‖ bonum principium . . . Hector *in marg. hab. T* ‖ qui] quo *T* ‖ 6 cohortatur *T*: cohortetur *F* cohertetur *G* ‖ 7 pronernere *G* ‖ 8 excitet *T* ‖ 12 priscus] primus *add. ASM* ‖ honore *R* ‖ 13 ceteri] VICTOR Euandrum in Italiam uenientem Herilus, rex Praenestinus, auxilio suorum ciuium uoluit expellere: quos uicit Euander et Herilum interfecit et interfectorum clypeos combussit *add. Fabricius* ‖ 14 TRIS *RF* ‖ 16 physice ēheticeno etice remota cinetice *A* siticae. hethicae. noiticae remota ceneticae *R* pisicae est haeticae notice remota cecinetice *L* sytice ēhaetice noaetice remota cinetice *H* fysice est et hetice Noetice remota cinetice *M* fysice est etethice noetice remota cinite *F* ‖ 17 tris *RF* ‖ 18 propter] per *F* ‖ 20 extincxit *LHM* ‖ 21 herilum *A* erilum *SRLF* ycerilum *H* eryculum *M* ‖ dicit] ait *F* ‖ 23 sicut *om. L* (ut *add. l*) ‖ et *om. F* ‖ 25 eos qui primo *AS* ‖ enumeraverint *RHM* Herculem *om. F* ‖ 26 libym *MF*: lybyn *AS* libium *R* libim *L* lybim *H* ‖ 28 in *om. F* ‖ róso *F* ‖ 30 ut ego hodie raso capite caluus capiam pilleum *D* portet *R*

pilleum. *in huius templo Tarracinae sedile lapideum fuit, in quo hic versus incisus erat bene meriti servi sedeant, surgant liberi. quam Varro Libertatem deam dicit, Feroniam quasi Fidoniam.*

565. *HORRENDVM DICTV dictum est e persona poetae, qui his quibus fides difficilior est, interponit adfectum, ut alibi* ⟨II 204⟩ *horresco referens et* ⟨IV 454⟩ *horrendum dictu, latices nigrescere sacros: et hoc facit, ut probabilitas credendi nascatur.* TERNA ARMA MOVENDA figura poetica, nam 'trina' debuit dicere: 'arma' enim numeri sunt tantum pluralis. 'movenda' autem vel contra ipsum, vel ab ipso.

569. FINITIMO aut in finitimo: aut finitimo capiti, *id est vicino.*

570. *HVIC CAPITI INSVLTANS ad curam enim viri fortis et viri boni pertinet, ne quid iniuriose fiat alicui homini: ergo et hinc contumeliam ducit, quod finitimos a tyranni iniuria non defenderit.*

571. VIDVASSET CIVIBVS VRBEM scilicet viris fortibus peremptis. et proprie 'viduasset' dixit, quia urbs generis est féminini: Horatius abusive et satis incongrue in genere masculino posuit, dicens viduus pharetra risit Apollo.

572. AT VOS O SVPERI iam hinc quasi pater loquitur. divisa enim est haec adlocutio, et ultima pars eius habet parentis adfectum, quod et ipse ostendit dicens 'et patrias audite preces'; prima vero viri fortis est, ut 'qualis eram, cum primam aciem Praeneste sub ipsa strāvi'.

574. *PATRIAS AVDITE PRECES poterat videri idem dixisse, nisi libenter voto suo immoraretur.*

577. DVRARE LABOREM ipsius scilicet senectutis: Terentius senectus ipsa morbus est. 'durare' autem est sustinere: Horatius ac sine funibus vix durare carinae possunt imperiosius aequor.

---

15 Horatius] carm. I 10, 11 ‖ 25 Terentius] Phorm. IV 1, 9 ‖ 26 Horatius] carm. I 14, 6

---

1 templae arracinae sedille *F, corr. Daniel* ‖ 2 surgant *Masvicius*: surgunt *F* surgent *Daniel* ‖ 3 libertatem *F* libertorum *Masvicius* ‖ 4 dictus *F, corr. Daniel* ‖ e persona poetae qui his *scripsi*: per poeta (poetam *Daniel*) his *F. possis et* est parenthesis. poeta his *ut* dictus *tamquam falso iteratum secludatur.* dicit Asper: poeta his *F. Schoellius* ‖ 5 difficilior est *scripsi*: difficiliorem *F* ‖ 6 orrendum *F* ‖ 7 *schol. ad* TERNA A. M. *om. F* ‖ 9 pluralis] cui non iunguntur nomina numeralia ut supra diximus. non enim dicimus tria arma *add. Fabricius* ‖ 10 aut finitimo *om. F* ‖ *ad* FINITIMO *supr. vers.* uicino sibi *T* ‖ 11 ad auiniuriam *G* ‖ 12 pertinet ne *Daniel*: pertinere *F* ‖ hinc *Daniel*: huic *F* ‖ 13 tyrrā *F* ‖ 16 satis] pro tis *H* ‖ posuit] non posuit *L* (non *del. l*) ‖ uidus *F* ‖ 17 fisit *F* ‖ 18 iam] nam *AS* ‖ 19 haec *om. L* ‖ adfectum parentis *F* ‖ 20 et *om. L* ‖ 22 stravi] NVMINA VESTRA vestra, mihi faventia *add. Fabricius* ‖ 26 senectus . . . memorare *om. F* ‖ 27 possint *L* ‖ 28 aequor] et Vergilius (I 207) 'durate et vosmet rebus servate secundis' *add. Fabricius*

578. INFANDVM CASVM parentis est quod formidat nolle memorare.

579. CRVDELEM VITAM quae filio est superstes.

581. SOLA ET SERA quia et unus erat, et serius susceptus, *id est a seniore. vel propter hoc vitam optat longiorem, quod brevem ex illo fructum consecutus sit, vel quod sera ex filiis voluptas est.*

583. *SVPREMO hoc ex persona poetae, quia periturus erat Pallas.*

585. IAMQVE ADEO EXIERAT 'adeo' ad ornatum pertinet tantum.

587. *INDE hic 'deinde' significat: et est polysemus sermo.* IPSE AGMINE PALLAS IN MEDIO hic enim mos fuit, ut tirones ponerentur in medio, ambirent viri fortes exercitum. aut certe honoris est medium locum in exercitu tenere, ut ipse alibi ⟨IX 28⟩ medio dux agmine Turnus.

588. CONSPECTVS conspicuus, conspicabilis, nam pro nomine participium posuit. *sic est* ⟨XI 93⟩ *et versis Arcades armis.*

589. *QVALIS OCEANI Homericum est.*

590. ANTE ALIOS ASTRORVM DILIGIT IGNES Venus in caelo habet unam propriam stellam, quae oriens luciferum, occidens vesperum facit: inde Statius et alterno deprenditur unus in ortu. habet etiam duas alias, unam in signo tauri et unam in septentrione, unde etiam taurus domus esse dicitur Veneris: ideo dixit 'quem Venus ante alios astrorum diligit ignis'.

591. SACRVM venerabile. TENEBRAS autem RESOLVIT propter iubar, quod sola possidens aliquod efficit lumen.

592. *OCVLISQVE SEQVVNTVR mira brevitate hoc explicuit, id est quam longissime possunt prospiciunt.*

593. *PVLVEREAM NVBEM hysteroproteron.*

594. *QVA PROXIMA META VIARVM qua proximus circuitus est.*

595. AGMINE FACTO agmen est proprie exercitus ambulans: quicquid fuerit aliud abusive dicitur.

---

16 Homericum est] Il. XXII 317. cf. Macrob. Sat. V 8, 10 ‖ 19 Statius] Theb. VI 241. cf. Luct. Plac. ad h. v. et Isid. or. III 70, 19 et V 31, 5 ‖ 29 agmen . . . dicitur] excr. Isid. or. IX 3, 64

---

4 serus *F* ‖ *ad* MEA SOLA E. S. V. *supr. vers.* quia serius erat susceptus id est a seniore patre uel . . . uel quod sera uoluptas est ex filiis *T* ‖ 7 *ad* DIGRESSV D. S. *supr. vers.* ex persona poetae hoc accipe quia periturus erat pallas *T* ‖ 9 *ad* INDE *supr. vers.* deinde *T* ‖ 10 AGMINE ET PALLAS *LH* (ET *del. l*) mos] haec *LH* (*corr. l*) ‖ fuit mos *M* ‖ 11 medio] medio et *ASRMl* ‖ habirent *LH* hambirent *l* ‖ 12 ipse] et ipse *R, om. AS* ‖ 15 posuit] est *R* ‖ sic *Daniel*: hic *F* ‖ 16 *ad* QVALIS V. O. *supr. vers.* haec comparatio homerica est *T* ‖ 19 deprenditur *RL* deprehenditur *M* depreditur *F* ‖ uenus *M* ‖ 20 hortu *M* ortum *F* ‖ 21 septemtrionem *HF* ‖ 24 iurar *F* ‖ efficiat *LH* (*corr. l*) affert *M* adfert *F* ‖ 26 *ad* OCVLISQVE S. *supr. vers.* mira . . . prospiciunt *T* ‖ 26 posunt *F, om. Daniel* ‖ 27 ysterio proteron *F* ‖ 28 *schol. ad v.* 594 *hab. T* ‖ 30 aliud fuerit *R*

597. PROPE CAERITIS AMNEM Agylla civitas est Tusciae, a conditore *Agella* appellata, cui ex inscitia Romana aliud est inditum nomen. nam cum Romani euntes per Tusciam interrogarent Agyllinos quae diceretur civitas, illi, utpote Graeci, quid audirent ignorantes et optimum ducentes si prius eos salutarent, dixerunt *χαῖρε*: quam salutationem Romani nomen civitatis esse putaverunt, et detracta aspiratione eam Caere nominarunt, ut dicit Hyginus in urbibus Italicis. 'amnis' autem *aut tacuit nomen, aut, ut quidam volunt,* Minio dicitur, ut ⟨X 183⟩ qui Caerete domo qui sunt Minionis in arvis. *alii Caere montem putabant, ab hoc oppidum dictum.*

598. LATE SACER hoc est non solum colebatur a civibus, sed etiam ab accolis. *VNDIQVE deest 'quem', vel 'eum'.*

599. NIGRA umbrosa, more suo.

600. VETERES SACRASSE PELASGOS de his varia est opinio; nam alii eos ab Atheniensibus, alii a Laconibus, alii a Thessalis dicunt originem ducere, quod est propensius: nam multas in Thessalia Pelasgorum constat esse civitates. hi primi Italiam tenuisse perhibentur. *Philochorus ait ideo nominatos Pelasgos, quod velis et verno tempore advenire visi sunt, ut aves. Hyginus dicit Pelasgos esse qui Tyrrheni sunt: hoc etiam Varro commemorat.*

601. ARVORVM PECORISQVE DEO publica caerimoniarum opinio hoc habet, pecorum et agrorum deum esse Silvanum. prudentiores tamen dicunt, esse eum *ὑλικὸν θεὸν*, hoc est deum *ὕλης*. *ὕλη* autem est faex omnium elementorum, id est ignis sordidior et aer, item aqua et terra sordidior, unde cuncta procreantur: quam *ὕλην* Latini materiam appellaverunt; nec incongrue, cum materiae silvarum sint. ergo quod Graeci a toto, hoc Latini a parte dixerunt. LVCVMQVE DIEMQVE hoc a Romanis traxit, apud quos nihil fuit tam

14 de his e. q. s.] cf. Isid. or. IX 2, 74 ‖ 25 quam *ὕλην* . . . silvarum sint] excsc. Isid. or. XIII 3, 1 et mythogr. III 8, 2

ad v. 596 *is qui Tironianis notis utebatur in Turonensi haec adscripsit* quadrupedante sonitu . nouum uerbum est quadrupedante sonitu id est sonitu equi quattuor pedes habentis ‖ 1 CERETIS *ALMF* ‖ agilla *libri praeter R, qui* agillina *exhibet* ‖ 2 ex *om. R* ‖ inscitia *Rm*: inscithia *A* (inscitcia *a*) inscia *S* inscicia *L* iustitia *H* inscientia *MF* ‖ 4 audieī *R* audierant *L* audierint *ex* audierent *M* ‖ 5 eos *om. AS* ‖ salutauerint *L* ‖ KAIPE *R* (t chere id est salue *superscr. al. man.*) XHPE *L* XΞHPE *M* ‖ 6 Romani *om. R* ‖ 7 cere *libri* ‖ byginus *AS* ign̄ *R* iginus *LH* yginus *MF* ‖ in] de *F* ‖ 8 autem] ipsius ciuitatis *add. M* ‖ 9 Minio] ////// *R* (*quattuor litterae deletae sunt*) ‖ ut] quia alibi dicit *F* ‖ cerete *libri praeter R qui* certe *exhibet* ‖ domos q̄ *F* ‖ 10 Caere *Burmannus*: certe *F* ‖ ab hoc *Masvicius*: ob hoc *F* ‖ 12 *ad* VNDIQVE *supr. vers.* deest quem lucum *T* ‖ 18 Philochorus *Masvicius*: filiocorus *F* filocorus *Commelinus* ‖ 19 yginas *F* ‖ 20 tyrreni *F* ‖ 24 ignis *ASF*: igni *RH* igne *Lm* ignes *M* ‖ sordidior et] subduceret *AS* ‖ et] ut *L* ‖ aere *RMl* ‖ 25 aque terrae *L* aque terra *H* aquae et terrae *F* ‖ sordidiora *RHF* ‖ 26 materia *LH* (*corr. l*) ‖ 27 hoc *om. RL*

sollemne quam dies consecrationis: hinc est illud ⟨I 733⟩ nostrosque huius meminisse minores. *ecce et hic luco et numen et consecrationem dedit.*

603. TARCHO ET TYRRHENI Tarcho, *sic legitur, et* Latinus nominativus est de Graeco veniens, ab eo quod est Tarchon, perdito 'n' et 'ω' in 'o' mutata, ut Apollo *Ἀπόλλων*: aliter versus non stat. – TVTA TENEBANT CASTRA LOCIS hoc est et industria et natura munitissima. sed nouimus castra per naturam munita esse non posse, nisi in collibus fuerint: quod si in montibus sunt, quomodo procedit 'latis tendebat in arvis'? ne sit ergo contrarium, intellegamus quod hodieque videmus et legimus, hanc collium fuisse naturam, ut planities esset in summo, in qua inerant castra Tarchonis. quamquam multi velint 'celsoque omnis de colle videri iam poterat legio' ad Aenean referre, ut intellegamus venientes in collibus fuisse Troianos, castra vero Etrusca in campis. quod si velimus accipere, quemadmodum procedit 'tuta tenebant castra locis'? *tuta*, id est per naturam locorum.

604. *DE COLLE VIDERI incertum, utrum ipsa in colle agens, an ab his qui de colle prospiciunt.*

605. TENDEBAT IN ARVIS ut ⟨II 29⟩ hic saevus tendebat Achilles, *hoc est tentoria habebat.*

606. ET BELLO LECTA quia ait supra ⟨547⟩ 'qui sese in bella sequantur, praestantes virtute legit': aut 'lecta' proprie, quia dilectus militum est.

607. EQVOS ET CORPORA CVRANT ingenti arte quod sequebatur omisit, redditurus in decimo: namque si vellet dicere venisse Aenean, vidisse Tarchonem, petisse auxilia, satis longum fuerat et peribat illud quod ait supra ⟨497⟩ toto namque fremunt condensae litore puppes, cum Etruscorum festinationi dicentis brevitas congruat. verum hoc quod in isto loco praetermisit, reddit in decimo ⟨148⟩ dicens namque ut ab Euandro castris ingressus Etruscis, regem adit et regi memorat nomenque genusque.

4 TARCO *L*, ET TYRRHENI Tarcho *omittens* ‖ tarco *H* ‖ sic *Daniel*: sit *F* ‖ et] et est *F* ‖ 5 ab eo *om. R* ‖ quod] qui *R* ‖ perdita littera n *F* ‖ 6 Apollo *om. LH* ‖ apollon apollo *Rl* ‖ *Ἀπόλλων*] plato *πλάτων add. D* ‖ 7 natura erant munitissima *R* ‖ 10 tenebant *AS* (tendebat *a*) ‖ 12 tarcontis *M* torchonis *F* ‖ 13 velint] uolunt *F*, *om. LH* (*add. l*) ‖ 16 nam tuta *Daniel* ‖ 18 *ad* DE COLLE V. *supr. vers.* siue ipsa legio in colle agens siue ab his qui de colle prospiciebant *T* ‖ 21 habebat *Masvicius*: habet *F* ‖ 26 rediturus *L* ‖ 27 tharthontem *L* tarchontem *M* ‖ 29 cum] cum et *LH* ut cum *M* ‖ festinationis edicentis *AS* (et dicentis *a*) ‖ 30 reddidit *HM* ‖ 32 adiit *H* ‖ *ad* DONA FERENS ADERAT (*v.* 609) *hoc scholium hab. D* homerus ait (*Il.* XXI 3) *ἦ δ' ἐς τῆας ἵκανε θεοῦ πάρα δῶρα φέρουσα*

608. AETHERIOS NIMBOS per aerem numinum, scilicet purgatiorem, qui circa deos est.

609. REDVCTA secreta.

610. EGELIDO SECRETVM FLVMINE VIDIT 'egelido', id est nimium gelido: et est una pars orationis, ut eduramque pirum, id est valde duram. et sic dixit 'secretum flumine egelido', hoc est praesidio fluminis, ut dicimus 'secretus est monte' vel silvis. latenter autem ostendit, Aenean non nisi flumine ablutum, numen videre potuisse.

611. OBTVLIT VLTRO id est deam confessa, ut in secundo ⟨591⟩ dixit. *est autem hysteroproteron*, et est ordo 'obtulit se et locuta est'.

612. PROMISSA *κατὰ τὸ σιωπώμενον*, ut supra ⟨534⟩ hoc signum cecinit missuram diva creatrix.

613. LAVRENTES SVPERBOS ut ⟨118⟩ quos illi bello profugos egere superbo.

614. ACREM TVRNVM fortem. et proprie apud nos acer est qui apud Graecos *δεινός* dicitur: nam fortem et vehementem et asperum et amarum potest significare. POSCERE provocare, Cicero poscunt maioribus poculis, id est provocant.

617. DEAE DONIS propter arma. TANTO LAETVS HONORE munere divae: quod manifestam viderat matrem et plenam numinis sui.

619. INTERQVE MANVS ET BRACCHIA VERSAT iungendum est, ut intellegas Aenean manibus minora, bracchiis maiora arma considerasse, ut puta loricam et scutum: haec enim sunt arma maiora: minora vero galeam gladium ocreas. VERSAT considerat, ut ⟨V 408⟩ huc illuc vinclorum inmensa volumina versat.

621. *FATIFERVMQVE ENSEM fatum saepe pro morte positum legitur, 'fatiferum' ergo letiferum.* RIGENTEM, SANGVINEAM, INGENTEM

5 eduramque] georg. IV 145 ‖ 17 ACREM fortem] cf. Non. p. 241, 8 M. ‖ 19 POSCERE provocare] cf. Non. p. 374, 15 M. ‖ Cicero] in Verr. act. II 1, 26, 66

4 id est nimium gelido et *om. R* ‖ id *om. H* ‖ 7 vel silvis] uel egelido *RLH* (siluis *superscr. l*) ‖ 10 ut ipse in *R* ut inisse *L* (isse *del. l*) inesse *H* ‖ 11 et est autem yproteron nant (*lege* nam) ordo est *F* ‖ *ad v.* 611 *in marg.* histeroproteron *T* ‖ 18 dinos dicitur *ASMFl*: dicitur *R* noscitur *LH* ‖ vehementem] dinos *add. F* ‖ 21 LAETVS HONORE *om. ASRLH* (munere divae *grandibus litteris scriptum in ASR*) ‖ 22 manifestum *LH* (*corr. l*) manifeste *F* ‖ 24 VERSAT] et hoc ex homero (*Il.* XIX 18) *τέρπετο δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων θεοῦ ἀγλαὰ δῶρα add. D* ‖ iungendum] distinguendum *Masvicius* seiungendum *F. Schoellius* ‖ 25 intellegas] manu aeneae *add. F* ‖ 26 et *AR* uel *reliqui* ‖ sunt *om. RLH* ‖ 29 *ad* FATIFERVM *supr. vers.* loetiferum *T* ‖ factum *F*

distinguendum propter plura epitheta. *'sanguineam' autem velut cruentam, terribilem.*

623. SOLIS INARDESCIT RADIIS Irin physica ratione describit, quae fit cum aquosam nubem solis ardor inradiat. nec est incongrua haec comparatio, cum lorica de diversis metallis fieri plerumque consueverit.

624. LEVES OCREAS *id est* nitida tibialia. RECOCTO saepe purgato, *quia quanto plus coquitur, melius fit: ergo ad qualitatem et ad commendationem refertur.*

625. NON ENARRABILE TEXTVM bene 'non enarrabile': cum enim in clipeo omnem Romanam historiam velit esse descriptam dicendo 'illic genus omne futurae stirpis ab Ascanio pugnataque in ordine bella', carptim tamen pauca commemorat, sicut in primo ⟨456⟩ ait videt Iliacas ex ordine pugnas, nec tamen universa descripsit. *sane interest inter hunc et Homeri clipeum: illic enim singula dum fiunt narrantur, hic vero pro perfecto opere noscuntur: nam et hic arma prius accipit Aeneas quam spectaret, ibi postquam omnia narrata sunt, sic a Thetide deferuntur ad Achillem. oportune ergo fecit Vergilius, quia non videtur simul et narrationis celeritas potuisse conecti et opus tam velociter expediri, ut ad verbum posset occurrere.*

627. HAVD VATVM IGNARVS *litotes figura, id est* futurorum non inscius. *et quibusdam videtur, hunc versum omitti potuisse.* VENTVRIQVE INSCIVS AEVI non 'aevi', sed quae in aevo erant futura.

629. STIRPIS AB ASCANIO usque ad Augustum Caesarem. *PVGNATAQVE IN ORDINE BELLA et hic subaudiri potest 'ab Ascanio'; et bella Albanorum, † quae a Romanorum in clipeo dicit.*

630. MAVORTIS IN ANTRO potest accipi et 'fecerat lupam Mavortis' et 'Mavortis in antro'. *Fabius spelunca Martis dixit.*

28 Fabius] I fragm. 4 ap. Pet. p. 109

1 *ad* SANGVINEAM *supr. vers.* cruentam terribilem *T* ‖ 4 ardor solis *F* ‖ 5 de *om. L* (*add. l*) ‖ 6 consuerit *L* consueuerat *F* ‖ 7 saepe purgato] sic Homerus (*Il.* XVIII 608 *sqq.*) *αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ . . . ἑανοῦ καστιτέροιο add. D* ‖ 11 historiam romanam *F* ‖ velit] uel *R* uellet *F* ‖ 12 figurae *F* ‖ 15 describit *AL* (describsit *a* descripsit *l*) discribit *F* ‖ *ad v.* 625 *in marg.* hoc interest inter homeri clipeum et uirgilii quia ibi singula dum fiunt narrantur . . . occurrere *T* ‖ 16 pro perfecto *T*: profecto *F* perfecto *Daniel* ‖ 17 ibi] et ibi *T* ‖ postquam *T*: potestquam *F* ‖ 18 a tetide *T* ad hedide *F* ‖ 19 fecit *om. F* ‖ uergilius *F* ‖ videtur] auditur *Daniel* ‖ 20 *post* conecti *lacunam indicavit Daniel* ‖ 21 *ad* HAVD V. I. *supr. vers.* quibusdam uidetur hunc uersum emitti potuisse *T* ‖ 22 versum] casum *G* ‖ emitti *F, corr. Daniel* ‖ 23 non aevi *om. F* ‖ 25 *ad v.* 629 *in marg.* subaudiri potest ab ascanio usque ad augustum bella romanorum et albanorum *T* ‖ de Ascanio *Daniel* ‖ 26 Albanorum *Masvicius*: bonorum *F* ‖ quae a] quae *Daniel. fortasse* atque *vel* post ea ‖ dicit] *lacunam indicavit Daniel. fort.* fuisse *vel* depicta fuisse *addendum.* et bella Romanorum et Albanorum in clipeo fecit *F. Schoellius* ‖ 28 speluncam *Daniel*

dicendo autem 'et' ostendit multa alia fuisse depicta. *est autem elegans figura 'fecerat procubuisse'. sane laus est operis, ut talis videretur. 'fetam' vero quae peperit et nutrire potuisset.*

631. PROCVBVISSE id est prima parte se inclinasse, quod Graeci προκύπτειν dicunt, ut inclinatione corporis ubera praeberet infantibus: nam si 'procubuisse' iacuisse accipias, contrarium est quod dicit 'ludere pendentes pueros'. *quod si 'procubuisse' ut* ⟨82⟩ *cum fetu concolor albo procubuit accipiamus, intellegere debemus 'pendentes' desiderio alimoniae suspensos vel intentos, ut* ⟨IV 79⟩ *pendetque iterum narrantis ab ore. alii 'pendentes' cessantes, ut* ⟨IV 88⟩ *pendent opera interrupta.* sciendum tamen, voluisse eum gestum proprie exprimere, quem in ipsius lupae cernimus statuis. GEMINOS HVIC re vera geminos modo, alias similes. sane totus hic locus Ennianus est.

632. LVDERE moveri: Terentius congrum istum maximum *paulisper* in aqua sinito ludere. MATREM quasi matrem, cuius adfectum pueris exhibebat. *sane veteres etiam nutrices matres vocabant, ut ait Plautus in Menaechmis et mater non possit dignoscere, quae mammam dabat.*

633. TERETI CERVICE rotunda, cum longitudine, ut incumbens tereti Damon sic coepit olivae.

634. MVLCERE ALTERNOS non quod in pictura erat dicit, sed id quod intellegimus factum fuisse, ut ⟨I 483⟩ ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros. CORPORA FINGERE LINGVA id est

13 modo ... similes] cf. Non. p. 316, 17 M. ‖ 14 Ennianus] ann. I fragm. L ap. Vahl. p. 13 ‖ 15 Terentius] ad. III 3, 23 ‖ 17 sane ... vocabant] cf. Non. p. 343, 32; 423, 23 M. ‖ 18 in Menaechmis] prol. 19 ‖ 20 incumbens] buc. VIII 16 ‖ 24 id est ... tergebatur] cf. Isid. or. XII 6, 60

1 fuisse] esse *F* ‖ picta *RL* dicta *H* (depicta *l*) ‖ *ad v.* 630 *in marg.* est autem ... potuisset *T* ‖ 2 eligans *FT* ‖ facerat *F* ‖ est *om. F* ‖ talis (*i. e. lupa*) *T*: tale *F* ‖ 3 fetas *F* ‖ 5 προκυπτιν *R*. προκυπτιν *LH* προκυπτίν *M* ρcytin *F* ‖ 6 accipies *L* ‖ 7 *supr. vers.* 631 si procubuisse iacuisse accipiamus debemus tunc intellegere pendentes suspensos alimoniae desiderio uel intentos ut pendetque iterum narrantis ab ore *T* ‖ quodi *F, corr. Daniel* ‖ 10 narrantes *F* ‖ alii ... interrupta] *cf. adnot. crit. ad lin.* 16 ‖ 11 tamen est *M* ‖ gestum] habitum *add. M* ‖ 12 *de scholio ad* GEMINOS H. *in sinistro marg. haec tantum hab. F* sane hic totus locus ennius est. *in dextro margine scripta sunt* Geminos huic modo re uera geminos modo alias similes sane totus hic locus inmanis est ‖ 15 congruum *ASLH* (*corr. s*) gongrum *M* ‖ maxima ///// *L* (*duae vel tres litterae deletae.* maximum *l*) maximaim *H* ‖ 16 ludere] alii pendentes cessantes ut pendent opera interrupta *add. MF et Vossianus Burmanni, nisi quod* operam interruptam *F* id est moveri. PENDENTES cessantes ut pendent opera interrupta minaeque *add. Stephanus* ‖ 17 *ad v.* 632 *in marg.* nutricem quasi matrem cuius affectum prebebat pueris sane ueteres ... dabat *T* ‖ 18 plaustus *F* ‖ menecmis *T* menedimis *F* ‖ matrem *T* ‖ posci *F* ‖ dinoscere *T* ‖ 23 id] hic *H*, *om. R*

tergere: Cicero in Sestiana ⟨35, 77⟩ spongiis sanguis effingebatur, id est tergebatur. *fingere tamen et formare aliquid et ad integram faciem arte producere significat; inde fictores dicuntur qui imagines vel signa ex aere vel cera faciunt.*

635. NEC PROCVL HINC ROMAM congrue, iuxta proprios conditores. RAPTAS SINE MORE SABINAS raptas spectaculo sine ullo exemplo, *aut sine ullo bono more: vel 'raptas' stupratas, id est per vim. historia autem talis est. Romulus cum turbam civium non haberet, asylum condidit, ad quem locum si quis confugisset, cum exinde non liceret auferri. hic cum videret virorum multitudinem sine conubiis posse deperire, a vicinis civitatibus matrimonia postulavit, sed ab eis contemptus celetes se Neptuno, equestri deo, qui et Consus dicitur, editurum proposuit. ad quos celetes cum de vicinis civitatibus maxima multitudo cum omnibus feminis convenisset, Romulus eas signo dato rapi de spectaculo fecit: ob quam rem a Sabinis bellum ei indictum est. in quo cum iam capto a Sabinis Capitolio in foro Romano pugnaretur et eius milites fugerent, Iovi Statori templum se facturum esse promisit, si eius stetisset exercitus. quo voto restituta pugna cum anceps esset, intervenientibus mulieribus Sabinorum, quae iam Romanis nuptae erant, pugna sedata est et icto foedere Tatius rex Sabinorum in partem urbis acceptus est: unde Romani a Curibus Quirites appellati sunt.*

636. CONSESSV CAVEAE cavea est ubi populus spectat. *vallis autem ipsa ubi circenses editi sunt, ideo Murcia dicta est, quia quidam vicinum montem Murcum appellatum volunt; alii, quod fanum Veneris Verticordiae ibi fuerit, circa quod nemus e murtetis fuisset, inmutata littera Murciam appellatam; alii Murciam a Murcido, quod est marcidum, dictam volunt; pars a dea Murcia, quae cum ibi Bacchanalia essent, furorem sacri ipsius murcidum faceret.* MAGNIS CIRCENSIBVS

22 vallis autem ipsa ... faceret] cf. Becker Handb. d. roem. Alterth. I p. 467 adn. 972

1 e foro spongiis effingi sanguinem *Cicero* ‖ 2 *ad* FINGERE L. *in marg.* tergere. fingere tamen est proprie formare aliquid ... faciunt *T* ‖ ingram *F* ‖ 3 perducere *Daniel* ‖ fectores *F* ‖ 4 faciunt] item fingere *add. F* ‖ 6 raptae *F* ‖ e spectaculo *AF* ‖ Raptas sine more id est sine ullo exemplo aut sine bono more. historia autem talis est ... Quirites appellati sunt *in marg. inf. T* ‖ 7 ullo aut bono *F* ‖ 13 uitinis *F* ‖ 14 annibus *F* ‖ 15 spectaclo *F* ‖ 18 quo] duo *F* ‖ 19 sapinorum *F* ‖ naptae *F* ‖ 20 pugnas *F* ‖ hicto *F* ‖ 22 exspectat *F* ‖ spectat] Plautus in Amphitryone (*prol.* 65) 'ut conquisitores singuli in subsellia eant per totam caneam spectatoribus *add. Fabricius* ‖ 23 murgia *F* ‖ quidem *F* ‖ 24 uicinum emontem *F* ‖ aliquod *F* ‖ 25 ubi *F* ‖ inde mutata *Daniel* ‖ 26 litera *F* ‖ murtiam *F* ‖ Murciam *Commelinus*: murcidam *F* ‖ murcido] murco *Commelinus* ‖ martidum *F, correxi.* murcidum *Daniel* ‖ 27 Bacchanalia *Commelinus*: baci canali *F* ‖ 28 murcidum *Commelinus*: martidum *F* marcidum *Daniel. cf. August. de civ. dei* IV 16 *'deam Murciam, quae praeter modum non moveret ac faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, id est nimis desidiosum et inactuosum'.* ‖ faceret *Commelinus*: facerent *F. lacunam indicavit Daniel*

ACTIS 'magnis' quantum ad paupertatem pristinam pertinet: nam legimus propter equorum inopiam diversis eos tunc usos animalibus. raptae autem sunt Sabinae Consualibus, hoc est mense Martio. Consus autem deus est consiliorum, qui ideo templum sub circo habet, ut ostendatur tectum esse debere consilium: inde est quod et Fidei panno velata manu sacrificabatur, quia fides tecta esse debet et velata. ideo autem dicato Consi simulacro rapuerunt Sabinas, ut tegeretur initum de rapto consilium. iste Consus et eques Neptunus dicitur, unde etiam in eius honorem circenses celebrantur. errant ergo qui dicunt 'magnis circensibus' aut Megalesiacis, aut Romanis, quos constat fieri ante KAL. IAN. 'actis' autem cum agerentur, quia non erat praesens a passivo participium, ut ⟨I 121⟩ et qua vectus Abas. CIRCENSIBVS circenses dicti vel a circuitu, vel quod ubi nunc metae sunt, olim gladii ponebantur, quos circumibant. dicti autem circenses ab ensibus, circa quos currebant. sane notandum positos circenses sine adiectione ludorum, cum ita dicamus ludos theatrales, ludos gladiatorios, ludos circenses.

638. ROMVLIDIS hic dativus pluralis venit ab eo, quod est 'hic Romulida'. CVRIBVSQVE SEVERIS mire *et merito* dixit 'severis': cum enim filias perdiderint Caeninenses, Antemnates, Crustumini et Sabini, ceteris quiescentibus Sabini soli bella sumpserunt. intervenientibus postea triginta feminis, iam enixis, de illis quae raptae erant, pax facta est: ex quarum nominibus curiae appellatae sunt. in communem etiam mulierum honorem kalendae eis dicatae sunt Martiae: Horatius Martiis caelebs quid agam kalendis? Iuvenalis ⟨IX 53⟩ munera femineis tractat secreta kalendis. nec enim aliter congruit Martias kalendas esse feminarum, nisi quia, ut diximus, feminae bella sedarunt. sane sciendum omnes virgines raptas excepta Hersilia, quam sublatam a marito sibi Romulus fecit uxorem. *aut 'severis' disciplina: aut rem hoc verbo reconditam dixit, quia Sabini a Lacedaemoniis originem ducunt, ut Hyginus ait de origine urbium Italicarum, a Sabo, qui de Perside Lacedaemonios transiens ad Italiam venit et expulsis Siculis tenuit loca quae Sabini habent: nam et partem Persarum nomine Caspiros appellare coepisse, qui post corrupte Casperuli dicti sunt. Cato autem et Gellius a Sabo Lacedaemonio trahere eos originem referunt. porro Lacedaemonios durissimos fuisse omnis lectio docet. Sabinorum etiam mores populum Romanum secutum idem Cato dicit: merito ergo 'severis', qui et a duris parentibus orti sunt, et quorum disciplinam victores Romani in multis secuti sunt.*

639. POSITO CERTAMINE finito, ut ⟨I 374⟩ ante diem clauso componet Vesper Olympo.

640. IOVIS ANTE ARAM ante templum Iovis Statoris, quod fecerat Romulus, postquam orans elatis armis meruit ne suus exercitus fugeret.

641. IVNGEBANT FOEDERA PORCA foedera, ut diximus supra ⟨I 62⟩, dicta sunt a porca foede et crudeliter occisa; *nam cum ante gladiis configeretur, a fetialibus inventum ut silice feriretur ea causa, quod antiqui Iovis signum lapidem silicem putaverunt esse. Cicero foedera a fide putat dicta. sed huius porcae* mors optabatur ei, qui a pace resilisset. falso autem ait 'porca': nam ad hoc genus sacrificii porcus adhibebatur. ergo aut usurpavit genus pro genere, ut timidi venient ad pocula dammae, cum has dammas dicamus,

4 Consus autem e. q. s.] exscr. mythogr. I 191. cf. Pseudo-Asconius p. 142, 19 sqq. Or. ‖ 13 circenses . . . currebant] exscr. Isid. or. XVIII 27, 3 ‖ 24 in communem e. q. s.] cf. schol. vet. in Iuv. IX 53 ‖ 25 Horatius] carm. III 8, 1

1 magnum *R* ‖ quantum] tantum quantum *H* ‖ ad *om. H* ‖ 4 sub circo *RLHF*: sub tecto circo *ASD* sub tecto *Ml et mythogr.* sub tecto in circo *Fabricius. fort.* sub terra in circo. *cf. Tertull. de spect.* 5 *'et nunc ara Conso illi in circo defossa est ad primas metas sub terra'* ‖ 5 debere esse *F* ‖ 6 et *om. F* ‖ 8 egeretur *L* (tegeretur *l*) egrederetur *H* ‖ inito *AS* (*corr. a*) initium *H* inicium *F* ‖ rapta *F* raptu *Masvicius* ‖ consilio *AS* (*corr. a*) ‖ equestris *Masvicius* ‖ 9 Neptuni *mythogr.* ‖ circum *LH* (circenses *l*) ‖ celebrabantur *M* ‖ 10 ergo] enim *L* ‖ megalensiacis *AS* megalenacis *F* ‖ 13 *schol. ad* CIRCENSIBVS *om. F* ‖ 14 monetae *AS* (metae *a*) mometae *L* (mo *del. l*) metetae *H* ‖ olim *om. L* (*add. l*) ‖ gradus *L* (gladii *l*) gaudii *H* ‖ circumibant . . . circenses *om. L* (circumibant . . . ludorum *add. l*) ibant . . . ludorum cum *om. H* ‖ 15 autem *M*, *om. ASRl*, inde *vulgo* ‖ circenses *om. l* ‖ currebant] circumibant *vulgo* ‖ 16 ludos circenses ludos theatrales ludos gladiatores *R* ‖ 17 gladitores *H* ‖ 18 ROMOLIDIS *F* ‖ 19 romolida *LH* ‖ miro *F* ‖ emerito *F*, *corr. Daniel* ‖ 20 ceninenses *H*: cenienses *AS* cerinenses *RL* cetinenses *M* cenienses *F* ‖ antemnate *AH* (*corr. a*) autemnate *S* autemnates *L* (*corr. l*) aut̃aut̃ natei *F* ‖ cristãmini *F* ‖ 21 sumpserunt] sicut dictum est *add. F* ‖ qui interuenientibus *ASH. ante* interuenientibus *tres litterae deletae in L* ‖ 23 quorum *ASM* (*corr. m*) ‖ 24 dictae *RF* ‖ 25 martius *M* ‖ caelebs] calior *F*

10 Cato] or. I 7 p. 5 Iord.; 51 p. 66 Pet. ‖ Gellius] fragm. 10 p. 168 Pet. ‖ 21 foedera . . . resilisset] exscr. Isid. or. XVIII 1, 11 ‖ 28 timidi] buc. VIII 28

3 a feminis bella sedate (*sic*) sunt *F* ‖ 4 aersilia *L* ‖ qua *R* ‖ 5 *ad v.* 638 *in marg.* quidam seueris disciplina intellegunt au (*lege* aut) duris parentibus hortos (*i. e.* ortos) id est a lacedaemonibus quos durissimos fuisse omnis lectio docet *T* ‖ seuiris *F* ‖ 6 laiedaemoniis *F* ‖ dicunt *F* ‖ de origine in orbium italascim *F* ‖ 7 Sabo *Daniel*: sabone *F* ‖ 10 Casperuli *Daniel*: casperin *F* ‖ uicti sunt *F*, *corr. Daniel* ‖ gelius *F* ‖ a Sabo *Daniel*: asco *F* ‖ 12 mores *Daniel*: maiores *F* ‖ 13 siuiris *F* ‖ 16 id est finito *F* ‖ 19 elatis] datis *A* ‖ emeruit *Ml* ‖ ne suus exertius fugeretur *F* (exercitus fugaretur *Daniel*) ‖ 22 cum] eum *F* ‖ 23 confugeretur *F* ‖ iuuentum *F* ‖ sicile *F* ‖ 24 antiqui *ego*: antiq: *F* antiquum *Daniel* ‖ lapidem silicem *Masvicius*: lapidis silicem *F* lapidis siliceni *Daniel* ‖ 25 sed huius porcae *F*: cuius *libri Serviani* ‖ 26 resilliised *F* resiluisset *Burmannus. cf. Neue Formenl.* II² *p.* 482 *sqq.* ‖ 27 aut ergo *F* ‖ 28 damnae *AS* (*corr. a*) ‖ damnas *SF*

item supra ⟨631⟩ 'lupam', cum artis sit 'hic' et 'haec lupus': aut certe illud ostendit, quia in omnibus sacris feminini generis plus valent victimae. denique si per marem litare non possent, succidanea dabatur femina; si autem per feminam non litassent, succidanea adhiberi non poterat. *quidam 'porcam' euphoniae gratia dictam volunt. huius autem facti in sacra via signa stant, Romulus a parte Palatii, Tatius venientibus a rostris.*

642. CITAE METTVM IN DIVERSA QVADRIGAE Donatus hoc loco contra metrum sentit, dicens 'citae' divisae, ut est in iure 'ercto non cito', id est patrimonio vel haereditate non divisa; nam 'citus' cum divisus significat, 'ci' longa est. ergo 'citae' veloces intellegamus. quem autem dicit Vergilius Mettum Mettius Fufetius dictus est, quod nomen mutilavit causa metri. novimus autem nominum vel mutationem vel mutilationem concessam poetis: sic pro Polluce Castorem, pro Cytheride Lycoridem posuit, ut sed quae legat ipsa Lycoris. hic autem Mettius Fufetius cum apud Albanos summam rerum teneret, a Romanis in auxilium contra Fidenates vocatus, iure societatis venit quidem, sed in ipso proelio ad hostes defecit. quod cernens Tullus Hostilius ait voce maxima militibus suis, ita ut etiam hostis audiret 'ne trepidetis: meo consilio factum est, ut factiose Mettius Fufetius ad hostes transiret': quo consilio et suis paene iam amissas reddidit vires et effecit ne hostes crederent Mettio. quem post victoriam captum Tullus Hostilius religavit ad binas quadrigas, ita ut ab unis quadrigis traherentur manus, pedes vero ab alteris: quibus agitatis velociter eum crudeli morte discerpsit. videns itaque poeta Romano nomini incongruam esse vindictam, culpam in criminis retorquet auctorem, dicens ex sua persona ad ipsum Mettium 'at tu dictis Albane maneres'. ideo etiam 'mendacis' infert, ut tacitae quaestioni et invidiae crudelitatis

9 'citae' divisae] cf. Non. p. 265, 24 M. ‖ 15 sed quae] buc. X 2

1 lupam *om.* LH (*add. l*) ‖ lupus] commuà genus esse *add. M, del. m* ‖ 2 in *om.* LH ‖ feminini $RLHm$ feminei ASF femini M ‖ 3 succedanea ASM (*corr. a*) sucedanea F ‖ 4 feminina L ‖ litasset LHM (*corr. l*) ‖ succedanea $ASMF$ (*corr. a*). uictima *supr. vers. add. l* ‖ 5 adhibere F ‖ gratiam F ‖ 6 pacti *coni. Burmannus* ‖ a parte *Daniel*: aperte F ‖ palati F ‖ 7 rostros F ‖ 9 erecto AS eroto R recto F ‖ 11 intellegimus F ‖ 12 Mettum] mettus AS ‖ metius S metcius L ‖ fufecius AS fuffecius L sufetius HM ‖ 14 mutilationem uel mutationem L ‖ Polluce] pulliae F ‖ 15 sed] sit R ‖ 17 summum HM ‖ 19 tullius AR ‖ uoce magna L ‖ 20 ita *om.* F ‖ 22 ammissis (*sic*) iam F ‖ reddit LH ‖ 23 postquam Lm (*corr. l*) post quem HM ‖ captam L (*corr. l*) ‖ tullius RLF ‖ 24 aduas (ad duas *Daniel*) quadrigas F ‖ ita . . . quadrigis *om.* L (*add. l*) ‖ abinis AS (ab unis *a*) ‖ 26 romani nominis (ominis H) RLH ‖ 27 in *om.* F ‖ retorquetur F' retorquet in *Daniel* ‖ 29 credulitatis H

occurrat. *sane constat post victoriam de Albanis Romanorum, quam per conditionem Horatiorum et Curiatiorum adepti sunt, hoc factum esse quod hoc loco poeta narravit: nam quemadmodum Mettius vel ad auxilium facile nisi iussus venisset? vel post cognitam fraudem acciri tam facile potuisset, nisi tamquam subiectus congratulatum victoriam ad Tullum Hostilium venisset?*

646. NEC NON TARQVINIVM EIECTVM PORSENNA IVBEBAT Tarquinius Superbus habuit perditos filios, inter quos Arruntem. qui dum in castris esset, patre suo Ardeam obsidente, et ortus esset inter eum et Collatinum, maritum Lucretiae, de uxoribus sermo, eo usque processit contentio, ut ad probandos earum mores arreptis equis statim domos suas simul proficiscerentur. ingressi itaque civitatem Collatiam, ubi fuit Lucretiae domus, invenerunt eam lanificio operam dantem et tristem propter mariti absentiam. inde ad Arruntis domum profecti cum uxorem eius invenissent cantilenis et saltationibus indulgentem, reversi ad castra sunt. quod Arruns dolens cum de expugnanda Lucretiae castitate cogitaret, mariti eius nomine epistulam finxit et dedit Lucretiae, in qua hoc continebatur, ut Arruns susciperetur hospitio. quo facto per noctem stricto gladio eius ingressus cubiculum cum Aethiope, hac arte egit ut secum coiret, dicens 'nisi mecum concubueris, Aethiopem tecum interimo, tamquam in adulterio deprehenderim'. timens itaque Lucretia ne castitatis amore famam deperderet, quippe quam sine purgatione futuram esse cernebat, invita turpibus imperiis paruit. et altero die convocatis propinquis, marito Collatino, patre Tricipitino, Bruto avunculo, qui tribunus equitum celerum fuerat, rem indicans, petiit ne violatus pudor, neve inultus eius esset interitus, et coniecto

7 Tarquinius Superbus e. q. s.] exscr. mythogr. I 74

1 uictoariam F ‖ 2 curatiorum F ‖ factum est F ‖ 3 Metius *Commelinus*: dii metius F dum et ius *Daniel* ‖ ad auxilium *Masvicius*: ad *om.* F ‖ 4 nisi *Commelinus*: misi F ‖ venisset *Commelinus*: uenisse F ‖ acciri tam *Commelinus*: attirenitã F atciremtam *Daniel* ‖ 8 filios perditos LH ‖ 9 erat L (esset *l*) 10 Lucretiae] et arruntem filium tarquinii superbi et bruto magistro equitum *add. M* ‖ 13 collatinam L collaetiam H colletiam M ‖ 14 ad *om.* ASM 15 adruntis M ‖ 16 quod] ad (*pro* at) F ‖ 18 in quo LM in co H | 20 Aethiope . . . concubueris *om.* F ‖ ut secum *om.* L (*add. l*) ‖ 21 coire L (*corr. l*) ‖ 22 timens itaque Lucretia . . . uirgatis ergo ac si diceret purpuratis (*v.* 660) *om.* H ne castitatis amore famam *ego*: ne famam castitatis amorem A ne famam castitatis amore Sa ne castitatis famam amore RLM ne castitatis famam castitatis amore F ne castitatis famam morte *Fabricius* ‖ 23 quippe quam deine dubitatione futura esse cernebat F ‖ 24 altera F ‖ 25 tripicitino AS ‖ 26 equitum *om.* F ‖ scelerum F ‖ 27 uiolatus ei pudor A uiolatus eius pudor R esset . . . Brutus de *om.* L (*add. l*) ‖ indultus F ‖ coniecto *mythographus*: electo $ASRF$ accepto Ml erecto *Fabricius* detecto *Burmannus*. exerto *F. Schoellius. fort.* arrepto

gladio se interemit. quem Brutus de eius corpore extractum tenens processit ad populum, et multa conquestus de Tarquinii superbia et filiorum eius turpitudine, egit ne in urbem reciperentur, auctoritate qua plurimum poterat: nam ut diximus, Brutus tribunus equitum fuerat. sed cum non susciperetur Tarquinius contulit se ad Porsennam, regem Tusciae. qui pro Tarquinio cum ingentibus copiis capto Ianiculo et illic castris positis, Romam vehementer obsedit. et cum per sublicium pontem, hoc est ligneum, *qui modo lapideus dicitur*, transire conaretur, solus Cocles hostilem impetum sustinuit, donec a tergo pons solveretur a sociis: quo soluto se cum armis praecipitavit in Tiberim, et licet laesus *esset* in coxa, tamen eius fluenta superavit: unde est illud ab eo dictum, cum ei in comitiis coxae vitium obiceretur 'per singulos gradus admoneor triumphi mei'. in tantam autem obsidionis necessitatem populus venerat, ut etiam obsides daret. ex quibus Cloelia inventa occasione transnatavit fluvium et Romam reversa est, redditaque rursus est, pacis lege eam Porsenna repetente. qui admiratus virtutem puellae dedit ei optionem, ut cum quibus vellet rediret. illa elegit virgines, *quae iniuriae poterant esse obnoxiae*, unde Porsenna hoc quoque miratus concessit, et rogavit per litteras populum Romanum, ut ei aliquid virile decerneretur: cui data est statua equestris, quam in sacra via hodieque conspicimus. EIECTVM facile poterat suscipi et occidi. sed ideo non est susceptus, quia occidi non poterat religione impediente: rex enim etiam sacrorum fuerat. unde postea alii facti sunt consules, alii reges sacrorum. PORSENNA unum 'n' addidit metri causa: unde et paenultimae datus accentus est: nam Porsena dictus est: Martialis ⟨I 21, 6⟩ hanc spectare manum Porsena non potuit.

648. AENEADAE satis longe petitum epitheton. *et potest hoc loco historia de Mucio accipi.*

---

8 qui modo lapideus dicitur] cf. Becker Handb. der roem. Alterth. I p. 695 sqq. ‖ 15 ex quibus Cloelia e. q. s.] cf. schol. vet. in Iuv. VIII 265

---

